

**PRODROMUS PHILOSOPHIAE
RATIOCINANTIS DE INFINITO ET
CAUSA FINALI CREATIONIS; DEQUE
MECHANISMO OPERATIONIS
ANIMAE ET CORPORIS**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649294053

Prodromus philosophiae ratiocinantis de infinito et causa finali creationis; deque mechanismo operationis animae et corporis by Emanuel Swedenborg

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

EMANUEL SWEDENBORG

**PRODROMUS PHILOSOPHIAE
RATIOCINANTIS DE INFINITO ET
CAUSA FINALI CREATIONIS; DEQUE
MECHANISMO OPERATIONIS
ANIMAE ET CORPORIS**



PRODROMUS DE INFINITO



146
Theol

EMANUEL. SWEDENBORGII

SACRAE REGIAE MAJ. SVECICAE COLLEGI

METALLICI ASSESSORIS

PRODROMUS PHILOSOPHIAE RATIOCINANTIS

DE INFINITO, ET CAUSA FINALI

CREATIONIS:

DEQUE MECHANISMO OPERATIONIS ANIMAE

ET CORPORIS

Ad fidem editionis principis 1734 Dresdae et Lipsiae
divulgatae denuo edidit


THO. MURRAY GORMAN, M.A.

e Coll. Hert, Oxon.

LONDINI

APUD KEGAN PAUL, TRENCH, ET SOC.

M.D.CCCLXXXVI



PRAEFATIO EDITORIS.

QUAE copiosè scripta sunt ab Emanuele Swedenborgio, quam sunt vulgo plus quam centum annos edita, ne hodie quidem ab omnibus, exceptis uno et altero ejus studioso in Magnâ Britannîâ, et in Civitatibus Americanis Foederatis, enodari posse absolutè videntur. Nec sanè ratio ejus disciplinae, in universum, etiam ab iis qui eum ardentissimè admirantur, satis comprehensa est; quippe qui inter se de diversis iisque primariis quaestionibus quae occurrunt maximè discrepent.

Plurimi autem viri, ac praecipuè Anglicani quidam clerici multum in hoc genere elaboraverunt, libris ejus interpretatis et variis explicationibus ad vulgum accommodatis, dum opera ejus ita palam faciunt ut neque principia Ecclesiae Primitivae atque
Apos-

Praefatio Editoris.

Apostolicae, neque suae Ecclesiae consensum latum unquam violent.

Qui quum omni laude digni sint quod arcana Theologiae Christianae maxima, ab auctore nostro explicata, in vulgum accommodare conati sunt, adhuc nimirum vix prosperè rem gesserunt.

Mihi quidem, et ob alias res, et quod spero homines ad scripta tam mirabilia rursus perlegenda attrahi posse, hoc opusculum, denuo impresum, operae pretium edere visum est.

Auctoris sanè primus libellus specialis est, in quo de quaestionibus maximi momenti, de Infinito, et Causa Finali Creationis, deque mechanismo operationis Animae et Corporis, more philosophorum, differit.

Plus quam centum et quinquaginta abhinc annos parvus hic liber in lucem editus est, secundo anno ante magnum opus JOSEPHI BUTLER, Dunelmensis Episcopi, nemini ignotum, scilicet, ANALOGIAM illam *Religionis naturalis et revelatae ad Naturae rationem et tenorem*. Apparuit itaque eo ipso tempore, quo Religione a
phi-

Praefatio Editoris.

philosophiâ discretâ, novo modo et pernicioso Sacras Scripturas homines sinistre commentabantur, immo etiam ipsa Divina Oracula ab eruditissimis viris Christianam fidem professis farrago mera fabularum habebatur; quo factum est ut Religio Christiana ab impiis ludibrio haberetur. Opus autem hujusce generis, tali tempore, et rebus de talibus, quanquam "aeternitatis feminibus" refertum, affluens principis novis et generosis, etenim novae philosophiae, novi saeculi praenuntium, fato tamen iniquo ab omnibus ferè oblivioni datum est.

Aliter sanè ANALOGIAE illi evenit. Liber enim Praefulis illustris celeberrimus fit. Contrà PRODROMUS auctoris nostri ita interpretatus est, ut perperam intelligeretur, detorqueretur, rejiceretur. Illius editiones multiplicatae sunt; hujus exemplaria in dies rariora fiunt. Argumentum tamen in PRODROMO oblatum, quicquid huic sententiae oppositum videatur, nondum exolevit. Quare hanc novam editionem profero.

Tempore enim interjecto, ratio
re-

Praefatio Editoris.

rerum atque inquisitio miris modis et inopinatis mutari solet. Novae sententiae veteres summovertunt. Religio Christiana adversus hostes novos novis armis defendenda est. Etenim bellum illud tam infestum hodie novis armis et ab hostibus novis contra Verum divinitus revelatum geritur, quamobrem argumenta Praefulis Anglicani illius, etiamsi gravissima illa, minimè tamen sufficere videntur.

Contra, *PRODROMI* argumenta luculentissima etiam nunc sunt firma, ac praesentia valent; quum re verâ, id quod titulus ejus significat, liber velut Praecursor verae disciplinae sit quae invicem verae Theologiae quasi vestibulum habendum est. Nam prooemium est seriei dissertationum de Cosmologicis, Anatomicis, Physiologicis, Psychologicisque, continuò conscriptarum a magistro harum disciplinarum. Aperit enim thesaurum opibus refertum, acquisitis labore vitae a pueritia deditae ad veritatem integram, ipsius gratia, indagandam—labore equidem magnitudinis (ut aiunt) ἐγκυκλίον—qui, exemplum si quae-

Praefatio Editoris.

quaeris acutissimi ingenii et industriae
singularis, assiduè per vitam longam
exercitorum, in humani generis
historiâ non potest adaequari.